



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**In Titi Livii Patavini, Historiarvm Ab Vrbe Condita Libros,
Qvi quidem exstant, omnes, Observationes**

Godelevaeus, Wilhelm

Francofvrti, 1609

In Librvm IX. Annotationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69254)

tia pertinerent, in auspicio perfeceint. Testis Cicero de diuinatione, Alex. li. 2. cap. 26. in fine, & lib. 5. cap. 53.

Occasione bene gerenda res] Occasio, vt Cicero de diuinatione ait, est tempus in se al cuius rei idoneam faciendi aut nō faciendi dexteritatem habens. Hæc autem semel arrepta non temere, & præteritum ducibus dimitteuda est. Cuius rei manifestissimum semper exemplum Hannibal Pœnorum dux præbuit, qui vbi que attentus, nec quâ minimas occasiones sibi oblatas frustra labi passus est. De cuius in ea re solertia consule Pontanum libro 4. de Prudentia cap. 7.

Exaultorare quid] *Se exaultorem*] Exaultorantur qui soluuntur stipendio, nec tamen dimituntur, sed habentur sub vexillo, non sub aquila, aut signis legionis, neque iam legionarij sunt, retinentur tamen donec emerita soluatur, aut agri assignentur. Missio vere iis datur, qui penitus dimituntur, T. Orosius lib. 3. Aduersariorum cap. 3.

Noxa eximi.] *Non noxa eximitur*] Eximere noxa est gratiam criminis facere, hoc est, remissionem dare, vt Budæus in prioribus annot. interpretatur. *Ite ad senatum iussit*] Pax enim vt superius annotauimus, ab Imperatorib. petabatur, à Senatu dabatur. De quo etiam Nannius li. 8. *de re publica*.

Dictator variis de causis dicitur.] *Belli ne gerendi causa*] Variis etenim de causis dictatores dici soliti sunt. Vel si belli externi, seditionisue domestice vis quædam maior incidisset, quæ videretur maiori imperio, quam consulari indigere, aut si adesse non possent committis consules, nec vellet senatus rem ad interregnum redire, at si figendus esset clauus religionis causa, aut iudi faciendi, quæstiones exercendæ, vel feræ Latinæ constituendæ, aut Senatus legendus. Hæc itaque præcipuæ dictationis creandi causæ fuerunt.

IN LIBRVM IX. ANNOTATIONES.

T. Veturio] Alii C. Veturium legunt. Constat tamen ex Livio, & alii. Titum Veturium eo tempore cum Posthumio consulem fuisse, licet Val. Max. lib. 6. cap. 1. Titum Veturium eius Veturi filium fuisse dicat, qui in consulatu suo Samnitibus deditus est.

Veturio] Veturium vocat Orosius lib. 3. c. 15. qui hanc historiam quoque describit, vt & Val. Max. lib. 7. c. 2. Florus lib. 1. c. 16. Plutarch. in Paral. c. 6. August. lib. 3. cap. 17. Ciuitatis Dei, Eutropius lib. 2. c. 1. Sabel. lib. 5. Ennead. 4. Raipod. Volat. lib. 28. c. 2. vrb. com.

Caudinum.] *Circa Caudinum*] Duo fuerunt saltus alti, angusti, & syluosi, montibus petpetuis inter se iuncti, qui furculæ Caudinæ nomen habuerunt, in medio campus herbidos, a quo salique, per quem medium iter erat, non tam arduum, quàm periculofum. Harum furcularum meminit Volat. lib. 5. c. 6. Geograph. Sunt autem Caudinæ furcæ appellatæ, quod non longe sint ab oppido Samni, quod Caudis dicitur.

Luceria.] *Luceriam conuictus capti*] Apulix urbem, & olim Aufonum coloniam, de qua Strabo lib. 6. & Plinius lib. 3. c. 31.

Prætorium quid.] *Prætorium consulum*] Per prætorium nihil aliud intelligit nisi tabernaculum consulis. Antiquitus enim omnem magistratum, cui potest exercitus, prætorum appellauerunt, prout superius annotatum est, & late ostendit Budæus in prioribus annotationibus, quas vide sub tit. de offi. præf. prætorio.

Mediæ via.] *Montes molire*] Id est, de moliri, vt simplex pro composito accipitur. *Mediæ via consilium capere*] Mediæ via consilium capiendum, non solum Politici, sed & Iureconsulti tradiderunt, in L. adeo de acquir. rerum dom. vbi Caius & ipse hanc distinctionem sequitur. Acertius in paragraph. quom ex aliena.

aliens. Infit. de rerum diuis. At non tam eam sententiam, quæ media est, sed quæ grauioribus & melioribus rationibus nitatur, iuris pontificii interpretes recte sentiant in cap. 1. de constit. Verum si media sententia iustior & æquior fuerit, in eam ibimus, vt Iulianus d. paragraph. quum ex aliena. Sic & apud Lium lib. 26. P. Valerij Flacci sententia contra P. Cornelij Aſina, & Q. Fabij Maximi, quod media esset, prævaluit. Sic & apud eundem libr. 36. in Medecorum consilio Clyti sententia quæ media fuit, accepta est: Vt & Senatus lib. 31. Consulibus dissentientibus, de tertia illius pecuniæ pensione, quam puati M. Valerio, & M. Claudio Coss. in bellum Punicum matrum dederat, quod medium inter vile & æquum erat decreuit. Quæ dere non contemnenda notauit Ferrandus Abduensis in d. paragraph. quum ex aliena. Infit. de rerum diuisione.

Mors pro patria præclara.

Mentem pro patria præclaram esse] Sic Horatius li. 3. carminum Ode 2. Dulce & decorum est pro patria mori.

Mors & fugacem persequitur vitum. Sententiam vero hanc Findatus id isth. paulo vberius exprimit. ἴστω γὰρ ἐπιφειδὸς ἐν ταύτῃ αὐτῆς φιλίας ἀμείνων ὁμοῦ φίλος πῶς ἀμείνωνται, ἵνα γὰρ ἀμείνων ὁμοῦ πῶς ἀμείνωνται γὰρ ἀμείνων ὁμοῦ πῶς ἀμείνωνται. Lucianus in Encomio patriæ scribit, hanc in præliis cohortationem plurimum valere, si quis dicat bellum pro patria susceptum, neminemque esse, qui hac voce audita mortem extimeſcat, aut periculum metuat. Efficit enim (inquit) nomen & commemoratio ipsa patriæ, vt qui alioqui est timidissimus, ignauissimæque naturæ, fortissimus existat. Tyrteus autem, qui matres animos (vt ait Horatius libro de arte poetica) verbis exauit, hanc eandem sententiam duobus versiculis ita complexus est.

Τὴν ἀμείνων γὰρ ἰστέον ἐπὶ ἀμείνωνται πάντων. Ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἀδελφῶν πατρῶν διὰ μὲν ἀμείνων.

Et M. Tullius offic. Sed omnes omnium charitates patria vna complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere?

Paratur necessitati. Hæc sententia Simonidi tribuitur: Ἀνάγκη ἔδδ' ἴσται Νecessitati parandum. id est necessitati ne dii quidem resistunt. Sumpta autem est ex Homero vt tradit Erasmus in proverb. Aduersum necessitatem ne dii quidem resistunt.

Non federe sed per sponſionem] Notandus hic Liuii locus quo fedus à sponſione & pactione distinguitur. Nam non esse idem sponſionem, pactionem, & fedus ex eo intelligi licet, quod fedus pactione, pactio sponſione firmior atque itabilior, fuit. Nam sponſio neque populi iussu, neque Senatus auctoritate, quod in federe accidebat, sed arbitrio magistratum & imperatorum fiebat, atque deditio eorum per quos facta erat, infirmabatur. Saepè tamen euenit, vt quod Imperator iniussu populi, & sine auctoritate Senatus pepigerit, id fedus vocatum illud quidem sit, sed tamen non seruatum, quod ostendit princeps quidam Carthagenſium apud Liuium, cum ad Romanos legatos de federe ratione secum agentes verba ita fecit: Vos quod C. Luctianus consul primo nobiscum fedus fecit, quia neque auctoritate patrum, neque populi iussu factum erat, negastis vos eo teneri. Tale autem fuisse etiam Numantinum facile inde apparet, quod id C. Mancini consulis deditioe diffoluitum sit. Numantinum autem fedus, vt Caudinum, sponſionem appellari posse, nisi Ancas libro 12. prodidisset, calamitatis certæ similitudo id nos doceret, vt enim ad Caudinum quaestores, qui sponſionem dederunt, sic ad Numantium Tyberium Gracchum Mancini quaestorem federe eius auctoritate, dederunt. Pactio enim præterea aliud esse à federe, demonstrat satis, vt opinor, Cicero in defensione Cæcinnæ, cum inquit: Quod edictum magi-

Pactio à federe differt.

magistratus, quod foedus aut pactum. Nam pacis nomine etiam omnia que cum hostibus pacifcerentur, continebantur, quo etiam modo foedus pactum nominari potest, tamen hoc in loco præcipuum aliquam pacifcendæ amicitia rationem significatam existimo. ut inducias. De induciis porro elegans illud est Varronis, inducias pacem castris paucorum dierum, vel belli ferias esse, quas tamen descriptiones Gellius lepidas magis atque incundas, quam plenas aut probas esse arbitrat. Probabilis enim multo illud esse, inducias sic dictas, quasi inde uti iam, etenim pactum induciarum esse eiusmodi, ut in diem certum non pugnetur, nihilque incommodi detur, sed ex eo die postea uti iam omnia belli iure agantur. Laudo inducias enim pax non in perpetuum, ut foedere, sed in certum temporis spatium dabatur, aut dierum, aut mensium, aut annorum. Quare sæpe factum animaduertimus, ut populus Romanus hostibus foedus petentibus, inducias dederit, hinc enim illa Livi. à Perugia, Cortona & Arretio, quæ se me capita Etruriae populorum erant, legati pacem petentes, inducias in triginta annos impetrauerunt. Item Faliscis cum in induciis essent, foedus à Senatu petierunt. Induciarum ergo ratio fuit, ut eo tempore quo præfinita erant, nihil hostile gereretur, sed summa à bello quies esset, atque aliqua etiam societatis cum iis, quibus eum pacta erant, species & imago, quas qui violasset, ius gentium violasse existimabatur. unde illud est apud eundem: Omnes portas concionabundus ipse Imperator circumiit, & quibuscumque iram mentis poterat, & iras militum acciebat, nunc fraudem hostium incutans, qui pace petita, induciis datis, per ipsum induciarum tempus contra ius gentium, ad castra oppugnanda venissent. Itaque eodem etiam à Cicerone iure vituperate videmus in primo de Officiis, cum ait: Epyre iniurias sæpe calumnia quadam & nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatione, ut ille, qui cum 30. dierum essent cum hoste pacta inducias, noctu populabatur agros, quod dierum essent pacta, non noctium inducias, quæ cum ita sint, non dubium est, quin foedus (nam enim ad hoc oratio mea delabitur) pactio quædam sit societatis, non ex Imperatoris arbitrio, sed iussu populi, aut senatus auctoritate firmata, neque ad tempus, sed in perpetuum, neque per sponsores, datus obfidibus, sed per facialem publicum pop. Rom. nuncium, solenni precatioe adhibita, per quem populum fiat, quo iustas dicitis legibus stetur, ut eum Iupiter ita feriat, quemadmodum à fecialibus porcus feriat. Quod extremum ex formula etiam foederum ferendorum, nobis à Livio tradita potest cognosci. libr. 1. De foedere Albano. Ad hunc autem priscum ferendi porci ritum probe alludit Virgilius, cum dicit: Et castra iungebant foedera porca, & Suetonius cum scripsit, Imperat. Claudium cum regibus in foro foedus icisse, porca caesa, ac veteri fecialium precatioe adhibita, nam illatam post aliam esse ferendi foederis rationem, ut sæpe non porcus feriretur, sed lapis abiiceretur existimo. Si quidem Polybius auctor valde bonus, cum Pœnis hoc modo istum foedus exponit, Fecialis lapidem tenens ita ait, si sine dolo malo ago, bonis a ficiar: si sciens fallo, ceteris omnibus saluis in suis ciuitatibus, legibus, latibus, delubris, sepulcris, solus ego concidam, ut lapis è manibus meis decidat, nec plura locutus, manu lapidem abiecit. Cuius iurifurandi video post etiam Plutarchum in Sylla meminisse, & eiusdem Festum etiam antiquam formulam adiunxisse, cum scripsit, lapidem fuscem tenuisse iuratos per Iouem, hæc verba dicentes: Si sciens fallo, cum me Diopiter, salua vrbe, atque bonis eiiciat, uti ego hunc lapidem. Atque hoc ideo esse arbitror, quod legis obfessatio à Cicerone in Cornelia vocatur, cum ait, sanctiones sacrandas esse aut obfessione & consecratione legis, aut pœna, cum caput eius qui contra facit, consecratur. Hæc ita explicata sunt à Sigonio, & libr. 1. de antiquo iure Italiae, quæ quoniam non parum ad huius loci illustrationem faciunt, ea scribere libuit.

Lapis f.
lex.

Superbiam in gentem Campanam] Campanorum superbiam tantam fuisse ut in proverbium exierit, docet Erasmus in proverbio, Campana superbia, & meminit eius aliquoties Cicero pro Rullo.

Exoluere religionem] Religione exolvere, id est, scrupulum & anxietates animi adinere. Budzus in prioribus ad pandect.

A. L. Livii & Q. Meto tribunis] Recte, meo iudicio, Manutius de legib. Rom. annotat. Tribunos quidem plebis hos duos fuisse, anno quo de sponforibus pacis populo Samnitium dedendis actum est, non autem superiore quo pax per sponforum fuerit facta. Nam ut Gell. lib. 3. c. 2. scribit: Lex vetuit Tribunos plebis integrum diem ab urbe abesse & cum commemorantur hic qui sponforum erant, nulla tribunorum plebis mentio fit. Ergo quia nulli tribuni plebis commemorantur, eos sponforum non interfuisse verisimile est.

Pila emittenda] Pila genus hastae Romanae brevis, itaque cum de propinquo agitur, ad pila ventum dicitur. Eras. in prover. Ad pila ubi ventum.

Pullarius nuntius] Pullarius erat, qui caeque pullorum curam agebat, & quorum passu auguria augores captare solebant. Meminit huius aliquoties Livius & Cicero 2. de divinatio. Attulit in caeca pullos, qui ex eo nominatur Pullarius.

De desperata venia] Vetus enim proverbium est, non esse cum desperatis de certandum. De quo suis locis videas. nec sunt dissona ea quae tradit Eras. in proverbio; Phocensium desperatio. Plurima in hanc sententiam commemorantur a Frontino lib. 2. Stratag. c. 6. Maxime veto memorabile est, quod Pyrrhus inter caetera praecepta Imperatoria memoriae prodidit, non esse pertinaciter instandum hosti fugiente, ne non solum a se fortius ex necessitate resisteret, sed ut postea quoque facilius acie cederet, &c.

Septem milia sub iugum missa] Nimirum ut pati referret, ut est apud Orosium & Eutropium. Quomodo vero milites sub iugum missi sint, nullibi melius leges quam hic apud Livium, & lib. 1. Decad. 1. Vbi Horatius sub iugillum mittitur, hoc est sub iugum, hac forma, ut duo recte tigilla delixa starent, tertiumque superne duobus illis transversum imponderetur.

Præneste praetor] Hic nullibi suo nomine appellatur. Omnes autem vulgo magistratus quibus pareret exercitus, praetores vocabant. De quorum eiectione, officio, & dignitate, vide notata superius. Fuit autem Præneste Latii urbs, quae, ut Festus ait, quod locus in quo sita est, mensibus praestet, dicta est. Servius Grammaticus dicitur F. m. Prae, ab illic quae ibi abundat, reducit. Solinus etiam a Præneste Vlyssis nepote & Latini regis filio appellatam putavit, Strabo lib. 5. olim Polythephanum, id est, multarum coronatum. Plin. lib. 3. c. 5. Stephenum olim vocatam dicit ob lentis copiam.

Lictorem expedire] Lictorem enim munus & officium erat, ex iussu magistratum delinquentes vincire, nudatos virgis cadere, & si crimen exposceret, securi percutere. Vide Gellium libro 12. capite 3. Alexand. ab Alex. libro 1. capite 27.

Excedere ad eam hanc] Huius radicis meminit Plinius de transferendis feminariis. lib. 17. c. 11.

Metu persusum] Clementiae exemplum. Optandum enim est (ut Cicero lib. 1. officiorum ait) ut hi qui praesunt Reipubl. legum similes sint, quae ad puniendam non iracundia, sed aequitate ducuntur.

Vni amor in dies fieret acrior] In hac collatione Alexandri cum Imperatoribus Romanis, nihil quod annotetur necesse esse existimo. Plebsque enim, hinc inde apud auctores inveniuntur. Caeterum quam hic vinolentiam Livius in eo vituperat nemo non novit, Arianus conatur tueri, Q. Curtius approbat, ita ut & ipsi Alexandri adulatores videantur. De quo Caesius lib. 9. c. 11. Et rursus de vinolentia Alexand. lib. 24. c. 30. Atque adeo quidem vinolentiam.

Superbia in gentem Campanam.

Exoluere religionem.

Pleb. integrum diem ab urbe abesse no licuit.

Pullarius quid.

Sub iugum.

Præneste.

Lictorum munus.

Alexandri vinolentia.



tia succubuisse scribitur, vt inde Alexandri poculum visendae capacitatis etiam pro uerbis usurpetur. Idem Caellus lib. 29. c. 17.

Præfectura

Capua primum præfecti creati capiti Vt superius, quæ municipia, & quæ coloniae fuerint, offendimus sic nunc videndum erit, quæ præfectura fuerint in his enim commorantes aliud ciuitium genus constituebat, detestiori quam municipia & coloniae iure uentium. Erant igitur præfecturae oppida Italiae in quibus qui habitabant, nec suis legibus ut municipales uidebant, nec uilos de suo corpore magistratus creare poterant ut coloni sed a magistratibus Romanis regerentur iis legibus quas Romanus magistratus dixisset, qui quoniam præfectus uocabatur, præfecturae dicebantur. De hisce sic scribit Sextus Pompeius. Præfecturae hæc appellantur in Italia, in quibus & ius dicebatur; & nundinae agebantur, & erat quædam earum Respub. neque tamen magistratus suos habebant. In quas legibus præfecti mittebantur quotannis quibus dicerent. Illud porro scitu dignum, ex præfecturis quasdam fuisse, quæ uis ciuitatis & ferendi suffragii haberent, quasdam non, quemadmodum de municipiis & coloniis dixi. Sextus Pompeius libro decimo quarto, duas & triginti præfecturas enumerat. In his decem fuisse scribit, in quas præfecti populi suffragiis creati mittebantur, ut hæc Capua, Cumæ, Callinum, Volturinum, Linternum, Puteoli, Aceræ, Suessula, Atella, & Calatia; duodecim uero in quas urbanus prætor pro suo arbitrio præfectos mittebat. Hæc fuit unum, Fundi, Formia, Cære, Venafrum, Allife, Priuerna, Anagnin, Praefino, Reate, Sturnia, Nursia & Arpinum. Quæ fere omnes aut ex coloniis & municipiis præfecturae factæ sunt, aut ex præfecturis in colonias, & municipia rediit. Ex his Capua præfectura fuit, à bello Punico secundo ad conseruatum C. Cæfaris, à quo colonia deducta est. Cumæ, Aceræ, Suessula, Atella, Formia, Priuerna, & Anagnin, tum municipia, tum coloniae: Fundi uero, Cære, & Arpinum municipia tantum aliquando fuisse Callinum, Volturinum, Linternum, Puteoli & Saturnia coloniae. Calatia uero Venafrum, Allife, Praefino, Reate, & Nursia præfecturae, dum libertas populi Rom. stetit, semper factæ. Nam quum post legem Iuliam a quædam omnium suffragiis, ciuitas Italiae uni data fuisset, municipiorum, coloniarum, & præfecturarum iure obiecta sunt; nominaque hæc confundi cepta, ut & colonia pro municipio, & municipium pro colonia & præfectura aliquando accepta sunt. Cicero enim Placentiam in L. Pisonem, Soram, & Cassinum pro Plancio, Caleham in Rullum, Suessam in epist. ad Atticam. Cassam in Verrem municipia uocat, quas colonias deductas fuisse ostendit. Ad hæc præfecturae ipsæ, & municipia, nempe quæ ueteres coloniae deductis militibus, coloniae omnes a uero a Sylla postea, deinde à Cæsare, Triumuiris & Augusto factæ sunt. præter eas præfecturas quas ex Festo digessi. Cora præfectura Strabo libro quinto, Claudia Pimius libro tertio, capite quinto, Atinatis Cicero pro Plancio, Reatina uero de natura deorum, mentionem faciunt. Cætera uero omnia Italiae oppida, quæ coloniae, municipia, & præfecturae non erant, sed cetera ciuitates uocabantur. ut Tibur, Praeneste, Neapolis, & pleraque alia, quæ suis legibus & magistratibus uidebant, diuersisque federibus aut sponcione, aut pactione, vario iure cum populo Romano amicitiam contraxerunt. Aliquæ enim erant omnino liberæ, aliquæ uestigales, aliquæ stipendiariae, aut plus uel minus grauate, ut populo Romano uisum fuisset. Atque Italia omnis in hæc genera Municipiorum, coloniarum, & præfecturarum ante legem Iuliam & bellum Maricum diuisa fuit. vnum præterea supererat ciuium uel oppidorum genus, quorum quædam dicebantur fundi populi. Quod quidem nomen discriminis non est, quemadmodum liberorum & stipendiatorum, sed hi fundi populi dicebantur auctore Cicero, qui quotiescunque lex aliqua Romæ feret, quæ de iure publico non esset, sed de rebus priuatis, ut de testamentis, uel de municipiis,

Federata ciuitates

Fundi populi



plis, eam suscepissent tanquam propriam, tuncque eius legis fundus populus dicebatur, perinde ac si diceretur: is populus eam legem tanquam propriam suscepit, hoc idem de municipiis dicit Gellius, prout annotat Onuphrius in libello de imperio Romano sub titulo de prefecturis. Plura de populo fundo, vide apud Tornebum, li. 4. c. 12. ubi non ineredita de harum vocum significatione adfert.

Quæ tamen aqua fœdere, sed in ditione] Quid sit æquo fœdere, vel in ditione populi Romani esse superius lib. 7. ostensum est, ubi vide.

Interneccio bello] interneccio significatio est quasi hominis quædam eneca- *Interneccio*
tio, vox derivata ab interneccida qui, ut inquit Isidorus, est qui falsum testa- *um bel-*
mentum fecit, & ob id hominem occidit. hinc interneccium bellum: quod *lum.*
ita geritur, ut omnes occidantur. De quo Torneb. li. 1. aduerf. cap. 5.

Viam munitur] Id est lapidibus struit, ut Plinius cap. 34. loquitur: Dicta *Viam*
vero est hæc via Appia: & ut Lælius ait, à Constantini via incipiens, inter Tu- *munitur,*
sculum & Albam ad Algidum tendit, & inde porro ad Cassilinum progressa,
vnde viginti stadiis à Capua Latina via iungitur. Vide Pomponium Lætum
titulo 79. De antiquitatibus urbis. Volat. lib. 6. ca. 5. vrb. Comment. Alex. ab A-
lex. l. b. 3. c. 13. Hæc via à Caracalla postmodum munita, nouæ deinceps nomen
accepit.

Aquam in urbem duxit] Amienem nimirum, ut Plinius capite 34. testatur, *Aqua*
de viis illustribus. Vnde hæc quoque ab auctore aqua Claudia dicta est deinceps. *Claudia.*
Vide Marrianum libro 4. cap. 21. Cæterum ab vrbe condita 608. cum hic
fons Anio vetustate consumptus esset, datum est à Senatu negotium Marco
Tinio prætori, ut hunc fontem reficeret, vnde ab auctore Martia aqua postea
appellata est, cuius rei quoque meminit Plinius libr. 31. cap. 3. Frontinus de a-
quarum ductibus.

Solus censorum obitum] Hoc est, sine collega. Caius enim Plautius magi-
strato se abdicaerat. Est autem hoc notandum, apud Romanos institutum
fuisse, ut altero ex censoribus morte subducto, duo de integro censores crea-
rentur.

Herculis familiæ] Herculis scilicet Victoris, cuius templum rotundum in fo-
ro Boatio, tantæ fuit venerationis, ut neque mulsæ, neque canes, eius testæ
subintrarent, lege Marrianum lib. 4. ca. 6. Topographiæ, qui eius rei rationem
reçidit.

Nomen Postuorum interisse] Hercule nimirum detractæ religionis suæ, &
grauem & manifestam penam exigente: Id vero quando factum fuerit, præ-
ter Liuuium hoc in loco, docet Valer. li. 1. c. 2.

Tribuni fœderis militum] Romul. primus in exercitu tres Tribunos militum
instituit, hi mille hominibus præerant, cum non nisi 3. millia peditum exer-
cium haberet, post auctis Rom. imperii opibus, Tribuni plures quam tres, &
diuersi generis esse cœperunt. Nam cum hoc tempore nimirum ab vrbe con-
dita 443. exercitus Romanus, ut scribit Polyb. ex quatuor tantum legionibus
legio non nisi 4. millium peditum esset, post cum legiones ipsæ ad sena milia
hominum auctæ fuissent. 24. Tribuni à populo fieri cœperit, sexque in singulas
legiones distributi, quod postea semper obseruatum, ut tradit Onuph. in Fast.

Duumviri nauales] Hunc non fuisse ordinariæ magistratus, inde colli- *Duumviri*
ligi potest, quod Liuuius lib. 40. & 41. cum rursum huius magistratus meminit, *in naua-*
certam causam creationis assignat, nec simul creati facit cum ordinariis ma- *les.*
gistratibus, sed prout necessitas requirebat. Nam si ordinariis magistratus es-
set, nõ ita pro necessitate subita, sed cum reliquis magistratibus eam creati o-
portuisset.

Tibicines quia prohibiti] Nam Tibicines tibus concinentes facis populi *Tibicines*
Romani interesse solebant. Vnde libro 4. de lingua Latina, Sc. Sext. Pompeius *facis*
adhibet
& solent.

de quinquatribus, Ouid. 6. Fast. Valer. Max. lib. 2. de institutis antiquis Idem quoque propemodum in problematibus à Plurarcho refertur.

In ade vescendi ius] Epulum olim exhibebatur civibus, in dedicationibus templorum, in triumpho, in spectaculis, & funere, qua de re copiosissime Blondus lib. 2. Rom. triumph. Cicero lib. 3. De Oratore, Augustinus li. 3. de civitate Dei. Alex. ab Alex. lib. 6. c. 7.

Sylva Ciminitum] De Sylva Ciminita vide Plinium lib. 96. vbi dicit in ea loca esse in quibus in terram depacta extrahi nequeat, de cuius rei fabuloso ortu lege Seruii annotata in 7. Æncidos, Meminit & Frontinus cap. 11. & c. 1. secundi.

Hetruscum inde literis eruditus] Nam vetere Romanorum instituto. v. & superius annotatum est, sex principum filii, sex singulis Hetruriz populis in disciplinam tradebantur. Valerius tamen ait, decem principum filios dari solitos Hetruriz populis, ad percipiendam sacrorum disciplinam. Hinc Cic. lib. 2. de legibus: Hetrurizque princeps disciplinam doceto.

Telum pro consilio] Telum pro consilio, ac ratione & via gerendi posuit, prout superius etiam annotatum est, & Etalms admonuit in proverbio: Ingens telum necessitas.

Omen diem distulit] Id est, in posterum diem reiecit. Ita enim interpretatur Budæus in prioribus ex Gellii libro 13. c. 1. Ex eo & hoc Livi loco coniectens, distindere diem olim id fuisse, quod nos rem in crastinum cōtinuatam vel remissam dicimus.

Vir virum legit] Quid sit apud veteres auctores: Vir virum legit, declarat Petrus Victorius lib. 18. c. 19. Variarum lectionum, id referens ad morem veteris militiæ, quo videntur aliquando in delectu habendo potestatem facere militibus, vt singuli singulos notos sibi, quorumque virtute confiderent legerent, atque id potissimum cum periculum aliquod maius inflaret. Non dissimile genus Solduriorum fuisse videtur, de quibus Cæsar libro. 3. De bello Gallico, quorum hæc fuit conditio, vt omnibus in vita commodis vna cum his fruantur, quorum amicitia se dederunt. Si quid his per vim accidat, aut eandem casum vna ferant, aut sibi mortem consciscant. Hoc genus amicitia Græci εὐφροσύνη καὶ ἰσοφροσύνη, id est, commotientium vocarunt.

Thensa ducerentur] Thensa sacra vehicula erant auctoribus Seruio & Festo. Tranquillus in Cæsare. Ampliora etiam humano fastigio sibi decerni passus est, sedem auream in curia, & pro tribunali, theniam &, Perculum Circensium pompa. Budæus in prioribus ad pandectas.

Magistratus interditi] Hoc bellum scribunt, Flor. 15. abbreuiat. Eutro. c. 2. secundi. Videti posset pugnare inter se, ciuitate donare, & Magistrate interditi. Verum hæc neutiquam inter se pugnaret, cum alteri ad Municipii, alterum ad præfecturæ ius pertineat, quorum hoc inter conditiones Italicarum ciuitatum durissimum fuit, cum formula præfecturæ non longe à prouinciæ formula videatur abfuisse. Vt enim quotannis in prouincias prætores Romæ mitti soliti sic in præfecturas præfecti, qui eas administrarent, at ius dicerent, cum municipia suos magistratus, decuriones, Duumvros, Quatuor viros, Cenfores, & diles, & quaestores haberent. Porro quod Romanis connubia fuerint, nisi si qua forte de causa nonnullis id iuris ademptum esset, vt late tradit Sigonius libro, 1. ca. 9. de antiquo iure ciuium Romæ.

Præterquam factorum curatione] Nam licet aliqui ciuitate donarentur, non tamen ob id sacra sua desererent, & eadem cum Romanis civibus obseruare cogebantur, quod Festus ostendit, cum ait: Municipalia sacra dicta sunt ea, quæ ab initio habebant ante ciuitatem Romæ acceptam, quæ obseruare eos voluerant pontifices, & eo more facere, quo fecisset antiquitas.

Magistratus interditi] Magistratus interditi. Verum hæc neutiquam inter se pugnaret, cum alteri ad Municipii, alterum ad præfecturæ ius pertineat, quorum hoc inter conditiones Italicarum ciuitatum durissimum fuit, cum formula præfecturæ non longe à prouinciæ formula videatur abfuisse. Vt enim quotannis in prouincias prætores Romæ mitti soliti sic in præfecturas præfecti, qui eas administrarent, at ius dicerent, cum municipia suos magistratus, decuriones, Duumvros, Quatuor viros, Cenfores, & diles, & quaestores haberent. Porro quod Romanis connubia fuerint, nisi si qua forte de causa nonnullis id iuris ademptum esset, vt late tradit Sigonius libro, 1. ca. 9. de antiquo iure ciuium Romæ.

Præterquam factorum curatione] Nam licet aliqui ciuitate donarentur, non tamen ob id sacra sua desererent, & eadem cum Romanis civibus obseruare cogebantur, quod Festus ostendit, cum ait: Municipalia sacra dicta sunt ea, quæ ab initio habebant ante ciuitatem Romæ acceptam, quæ obseruare eos voluerant pontifices, & eo more facere, quo fecisset antiquitas.

Præterquam factorum curatione] Nam licet aliqui ciuitate donarentur, non tamen ob id sacra sua desererent, & eadem cum Romanis civibus obseruare cogebantur, quod Festus ostendit, cum ait: Municipalia sacra dicta sunt ea, quæ ab initio habebant ante ciuitatem Romæ acceptam, quæ obseruare eos voluerant pontifices, & eo more facere, quo fecisset antiquitas.

Præterquam factorum curatione] Nam licet aliqui ciuitate donarentur, non tamen ob id sacra sua desererent, & eadem cum Romanis civibus obseruare cogebantur, quod Festus ostendit, cum ait: Municipalia sacra dicta sunt ea, quæ ab initio habebant ante ciuitatem Romæ acceptam, quæ obseruare eos voluerant pontifices, & eo more facere, quo fecisset antiquitas.

Præterquam factorum curatione] Nam licet aliqui ciuitate donarentur, non tamen ob id sacra sua desererent, & eadem cum Romanis civibus obseruare cogebantur, quod Festus ostendit, cum ait: Municipalia sacra dicta sunt ea, quæ ab initio habebant ante ciuitatem Romæ acceptam, quæ obseruare eos voluerant pontifices, & eo more facere, quo fecisset antiquitas.

Præterquam factorum curatione] Nam licet aliqui ciuitate donarentur, non tamen ob id sacra sua desererent, & eadem cum Romanis civibus obseruare cogebantur, quod Festus ostendit, cum ait: Municipalia sacra dicta sunt ea, quæ ab initio habebant ante ciuitatem Romæ acceptam, quæ obseruare eos voluerant pontifices, & eo more facere, quo fecisset antiquitas.

Tri.



Triumviratibus altero nocturno] De Triumviris nocturnis Paulus I. C. L. i. ff. de officio praefecti vigilum. Apud vetustiores (inquit) incendiis accendis Triumviri praerant, qui ab eo quod excubias agebant, etiam nocturni dicti sunt. Et Tacit. Triumviri, quod ad incendium in sacra via ortum tarde venerant, à Tribuno plebis die dicta damnati sunt. Ex quibus verbis apparet eum fuisse ordinatum magistratum, cuius esset annua potestas.

[Cuius ius evulgavit] Non tam ius civile à Flauio, quam formulas actionum, quae teste Pomponio, magna iuris civilis pars videtur, euulgatas ex Cicerone intelligi potest. Sic enim de Flauio ad Attic. lib. 6. scribit: Quid ergo profecit, quod protulit Fastos? occultatam putant quod in tempore tabulam, vt dies agendi peterentur à paucis, nec vero pauci sunt auctores, Cn. Flauium scribā Fastos protulisse actionesque composuisse. Quo loco quibusdam pro composuisse, proposuisse legendum non male videtur, ita enim Pomponius l. 2. ff. de orig. iur. scribit. Idem Cicero pro Muræna auctor est, cognita iam & promulgata à Cn. Flauio dierum ratione. Iurisperdentes veritos ne sine sua opera lege agi posset, notas quasdam composuisse, vt omnibus in rebus ipsi intercedent. Id quod quomodo intelligendum sit, docet Renardus de auctoritate prudentum c. 2. de legis actionibus.

[Forensis factio] Sic Libertinos vocat, prout Zafius in Catalogo legum antiqua iura exulimat, quod cum multi essent, assidueque in foro versarentur, in comitiis plane dominabantur, statumque ciuitatis turbabant mandando infimis quibusque honores, plebe ingenua agriculturæ operam nauitate ac raro ciuilibus negotiis interueniente. Sigonius libro secundo, capite decimo tertio. De iure ciuili Romano, per eam intelligit eam partem plebis, quam Cicero peculiari nomine, urbanam plebem solet nominare, in qua homines versati sunt, non solum egentes & reb. domesticis impediti, sed nocentes etiam & furiosi, cuius de comodis lege sua agraria Tiberius Gracchus tulit, cum diceret fetas quidem ac bestias iustum & rectum quo se reciperet, in Italia habere, qui v. assidue pro libertate pugnant, præter aerem lucemque, nihil in Italia possidere, sed sine laze, sine sede, cum liberis, coniugibusque, vagantur, quin etiam hæc illa plebs fuit, cuius studio P. Claudius Trib. pleb. Ciceronē rex ex vrbe expulit, de qua Cicero pro domo, pro Milone; Salustius in Catil. Cicero ad Attic. hanc eandem factionem sordem & facem vrbis appellat.

[Urbanæque eos appellauit] Dionysius Halicarnassæus quatuor illas tribus à Sergio Tullio institutas fuisse tradit. Itaque Quintus Fabius non tam auctor huius rei fuisse videtur, quam renouator, quasi que restitutor. Urbanæ vero tribus dictæ sunt libertinorum, cum Rusticæ proprie essent ingenuorum, vt inquit Plinius, multoque tempore nemo libertinus in tribu rustica census fuit præter Vindicium, cui ob coniurationem Aquiliorum detectam, optio a Valerio consule data est, vt in qua tribu vellet, suffragium ferret, vt scribit Plutarchus in vita Publicolæ. Cæterum multis post hanc segregationem à Fabio factam annis, Cneus Manilius libertinorum ac seruorum manu subnixus, legem tulit, vt libertinis in omnibus tribubus suffragium esset, idque per tumultum egit, & Cluium Capitolinum obsedit. Hunc autem coetum L. Domitius Anobarbus quaestor perripit, atque discicit, & quibusdam Manlianis interfectis, libertinos omnes, ipsumque Manlium à spe ferendæ legis remouit. Cuius Cicero meminit pro Milone.

[Equites transfuerunt] Hanc equitum transfuccionem, Valerius equitum probationem vocat. Equestris, inquiens, ordinis iuuentus omnibus annis bis equitum probatione. A Græcis ἐξιπῶδες ἢ ἡ τῆς ἀρχῆς dicebant, hodie monstra vocant, vt annotat Budæus in prioribus ad Pandectas.

Triumviri nocturni

Flauius scriba ius civile euulgavit.

Forensis factio

Urbanæ tribus

Rusticæ tribus

Transfuerunt equitum

